

## ½ & 1 Latin Sight Recitation

Hannibal, quī erat imperātor Poenōrum, ex Africā ad Hispāniam nāvigāvit et cum cōpiīs magnīs Saguntum oppugnāvit. Ubi lēgātī Rōmānī ad Hannibalem dē pāce vērunt, Hannibal lēgātionem non audīvit, sed oppidum expugnāvit. Inde Rōmānī legātōs ad Poenōs iterum mīsērunt.

'Hīc,' inquit lēgātus Rōmānus, 'vōbīs bellum et pācem portāmus: utrum placet vōbīs, sūmite.' Bellum et Rōmānīs et Poenīs placēbat.

Inde Hannibal, postquam cōpiās trans montēs Pŷrēnaeōs et fluvium Rhodanum dūxit, ad summās Alpēs vēnit. Sed montes altī Poenōs impediēbant.

Via est difficilis, sed Poenī struem magnām arborum faciunt, arborēs incendunt, acētum infundunt. Tandem in ītaliā perveniunt.